

que hay fuente cristalina
que de los cielos baja
y apaga nuestra sed;
hay rayo que la mente
benéfico ilumina:
el agua del Bautismo,
el rayo de la fé.

De Cristo la venida
gozosas celebremos;
¡corónese de soles
el monte de Sion!
el arpa abandonada
del sauce descolguemos,
el arpa que pulsaron
David y Salomon.

Coro de mujeres.

De Cristo la venida
gozosas celebremos;
¡corónese de soles
el monte de Sion!
el arpa abandonada
del sauce descolguemos,
el arpa que pulsaron
David y Salomon.

[Rev. pop. tom. 6º, pág. 185.]

Las dos civilizaciones.

(Continúa.)

Entonces, el despotismo del marido
haciendo de la esposa un juguete con
que se divertía, un mueble que alqui-
laba, ó un trasto que abandonaba; á
veces su amiga, con mas frecuencia su
esclava, jamas su compañera: despues,
la muger reinando en su apacible ho-
gar, amada de su esposo con sin igual

cariño; no solo su compañera, sino has-
ta la señora de su corazon: rodeada
del respeto y de la veneracion de sus
hijos, de quienes antes, como de ella
misma, podia á su antojo el marido
disponer.

Entonces, la muger, esta perla del
humano linage, vendiendo sus encan-
tos por unas miserables monedas, ar-
rojando su pureza al lodazal de la pro-
stitucion, y dejando evaporar su modes-
tia en la apestada atmósfera de las or-
gias: despues, haciendo de ella el escu-
do de su castidad y con su castidad de
vírgen subiendo hsta el heroismo, has-
ta tocar los límites de la humana vir-
tud y presentando al mundo el asom-
broso espectáculo de la debilidad de la
muger unida á la fortaleza del mártir.

Entonces, muchedumbre de criatu-
ras que, uncidas al yugo de sus pasio-
nes, arrastraban por el fango su huma-
na dignidad y nobleza; despues, ejérci-
tos de hombres y mugeres que, en alas
de sus virtudes, ascenden á ser herma-
nos de los Angeles.

[Continuará.]

SAGRADOS ORDENES.

Han recibido el del Presbiterado el
día 4 del corriente los SS. siguientes:

- D. Toribio Quezada.
- D. Juan Navarro.
- D. Telésforo Blasquez.
- D. Guadalupe Pérez.
- D. Martin Sanchez y
- D. Herculano Dávila.

COLECCION

DE

Documentos Eclesiásticos.

Responsable.--N. Parga.

Imp. de N. Parga.

Tom. I. Guadalajara, Marzo 22 de 1877. NUM. 26.

SECCION I.

Disposiciones generales de la Iglesia.

Innocentius Papa XIII,

Ad perpetuam rei memoriam.

(Continúa.)

§ 9. Sed et cum Personae Eccle-
siasticae nunquam satis in obsequii su-
premo numini exhibendis, iisque praes-
tandis, quae eorum statui consentanea
sunt, exerceri valeant, plurimum in
Domino commendamus pium morem
in plerisque Hispaniarum Dioecibus
vigentem, ut clerici tam in minoribus,
quam in majoribus Ordinibus consti-
tuti, atque etiam Presbyteri, tametsi
Beneficia, vel Officia Ecclesiastica non
habentes superlliceo induti in Ecclesi-
is, quibus adscripti fuerint, Missae Con-
ventuali cum Canto celebratae, nec
non primis, et secundis Vesperis Offi-
cii diebus Dominicis, aliisque festis as-
sistant. Quinimo enixe hortamur, ut
Episcopi aliarum Dioecesium, in qui-
bus mos ille institutis hactenus, non
fuerit, id in posterum servari curent

in omnibus, ac insuper satagant, ut
omnes Ecclesiastici praedicti etiam col-
lationibus habendis coram Parochis
suis, vel aliis ab Episcopo deputatis
super casibus conscientiae forum con-
cernentibus; et super ritibus, ac caere-
moniis sacris intersint.

§ 10. Et quoniam in praedictis His-
paniarum Regnis reperiri intelleximus
Beneficia, et Capellanas etiam de jure-
patronatus, vel Ecclesiasticorum, vel
Laicorum, nullo tamen certo proventu
instructas, vel adeo, ut non ad dimi-
diam, nec ad tertiam partem congruae
pro Clericis ad sacros Ordines promo-
vendis necessariae ascendant; malis
haud quidem levibus inde erumpenti-
bus occurrere cupientes, statuimus, et
mandamus, quod Episcopi ad Bene-
ficiorum, et Capellaniarum, quae nul-
lum certum redditum habent, suppres-
sionem statim deveniant. De aliis ve-
ro Beneficiis, et Capellaniis, quarum
certus annus fructus ad memoratam
saltem tertiam congruae partem non
ascendit, decernimus nulli in posterum
conferendam esse primam Tonsuram
ratione juris assequendi aliquod ex
dictis Beneficiis, et Capellaniis. Utque

Patronatum jura, quantum fieri possit, salva remaneant, liceat Patronis tam Ecclesiasticis, quam Laicis ad dicta Beneficia, et Capellanas nominare, non tamen veluti ad Beneficia Ecclesiastica requirentia nominandis primam Tonsuram, sed tanquam ad legata pia; et nominati tametsi primam Tonsuram non habentes, ea retinere possit uti pia legata cum onere adimplendi omnia onera a fundatoribus injuncta.

§ 11. Non sine gravi animi nostri dolore etiam accepimus, quod, quamquam Tridentina Synodus decreverit omnes, qui Parochiales, vel alias curam Animarum annexam habentes Ecclesias quocumque modo obtinent, debere diebus saltem Dominicis, et festissollemnibus diebus plebes sibi commissas pro sua, et earum capacitate, pascere salutaribus verbis, docendo ea, quae Christifideles ad salutem scire oportet, ac explicando Divinae Legis praecepta, Fideique dogmata puerosque ejusdem fidei rudimentis imbuendo, et brevi, facilique sermone vitia denuntiando, quae declinare, et virtutes, quas sectari oporteat; nihilominus nonnulli Parochialium Ecclesiarum Rectores, haec, quae suarum partium adeo sunt, praetermittunt, culpam hujusmodi amoliri nitentes, vel praetextu immemorabilis, sed quidem pravae consuetudinis, vel quia haec ab ipsis praestare necesse non videatur, suppetente nimirum copia aliorum habentium sacras Conciones in aliis Ecclesiis, itemque imbuentium pueros Mysteriis Fidei, vel in scholis, vel in computis. Ne

itaque sub inani istarum, aliarumque similium excusationum praetextu tanta Christianae Reipublicae pernicies struatur; districte praecipimus singulis Hispaniarum Archiepiscopis, et Episcopis, ut omnino efficiant, quod omnes ii, qui Animarum curam gerunt, munia praedicta per seipsos, vel si legitime impediti fuerint, per alios idoneos diligenter exequantur. Si vero aliqui non satis habiles ad illa obeunda reperiantur; iidem Archiepiscopi, et Episcopi per alios a se deputandos sumptibus Parochorum minus idoneorum opportune suppleri curent; et in posterum Beneficia, quibus Animarum cura imminet, non nisi vere idoneis ad memorata Officia per seipsos adimplenda conferantur.

§ 12. Praeterea, ne Constitutionis Sancti Pii V. etiam Praedecessoris Nostri, in qua taxatur congrua fructuum portio Vicariis perpetuis Animarum curam exercentibus assignanda, interpretationem ab ejus sententia alienam fieri contingat; declaramus Constitutionem illam pertinere dumtaxat ad Vicarios perpetuos illarum Ecclesiarum Parochialium, quae aliis Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, Beneficiis, et Locis Pii unitae sint: necnon portionem annuam fructuum, quae ibidem statuitur assignanda ipsis Vicariis in summa non majori, quam centum, nec minori, quam quinquaginta scutorum, intelligi debere de scutis argenteis juliorum decem monetae Romanae pro quolibet scuto.

(Continuará.)

BREVE

relativo á Señor San José, Patron de la Iglesia universal.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inclytum Patriarcham Beatum Josephum, quem Deus Omnipotens prae omnibus Sanctis suis purissimum verumque sponsum esse voluit in terris Immaculatae Virginis Mariae, ac putativum unigeniti Filii sui patrem, quemque ad tam sublimia munera fidelissime implenda gratis prorsus singularibus auxit et abunde cumulavit, merito Catholica Ecclesia gloria et honore in coelis corona tum amplissimo prosequitur cultu atque intimo veneratur pietatis affectu. Quamobrem Romani Pontifices Praedecessores Nostri, ut auferrent in dies, ac ardentius excitarent in Christifidelium cordibus devotionem et reverentiam erga sanctum Patriarcham, eosque cohortarentur ad Illius apud Deum intercessionem summa cum fiducia implorandam, haud omiserunt quoties opportuna esset occasio novas semper ac majores publici cultus significationes eidem decernere. Inter eos memoria repetere sufficiat Praedecessores Nostros felicis recordationis Xistum IV, qui festum S. Josephi inseri voluit in Breviario et Missali Romano; Gregorium XV. qui decreto diei VIII Maii An. MDCXXI festum ipsum sub duplici praecepto in universo orbe recoli mandavit; Clementem X, qui diei VI Decembris An. MDCLXX eidem fes-

to ritum duplicis secundae classis concessit; Clementem XI, qui decreto diei IV Februarii MDCCXIV festum praedictum Missa ac Officio integre propius condecoravit; ac tandem Benedictum XIII, qui nomen Sancti Patriarchae decreto edito die XIX Decembris An. MDCCXXVI sanctorum litanis addi jussit. Ac nos ipsi, postquam investigabili Dei judicio ad supremam Petri Cathedram evecti fuimus, motum illustrium praedecessorum nostrorum exemplis, tum singulari devotione, qua usque ab adolescentia erga eundem sanctum Patriarcham affecti fuimus decreto diei X Septembris An. MDCCCXLVII, magno animi Nostri gaudio ad universam Ecclesiam sub ritu duplicis secundae classis extendimus festum Patrocinii ejus, quod jam pluribus in locis speciali hujus Sanctae Sedis indultu celebrabatur. Verum postremis hisce temporibus, in quibus immane ac teterrimum bellum contra Christi Ecclesiam fuit indictum, fidelium devotio erga Sanctum Josephum adeo increvit et progressa est, ut omni ex parte ad Nos innumerae ac fervidissimae pervenerint postulationes, quae nuper dum Sacrum Oecumenicum Concilium Vaticanum haberetur, ab omni fidelium coetu, et, quod maxime interest, a plurimis et Venerabilibus Fratibus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus et Episcopis renovatae fuere, quibus flagitabant ut luctuosis hisce temporibus, ad mala omnia propulsanda, quae nos undique conturbant, effica-

cuis Dei miserationem per merita et intercessionem Sancti Josephi exorarem, illum Catholicae Ecclesiae Patronum declarantes. Nos itaque hisce postulationibus moti, divino lumine invocato, tot ac tam piis votis annuendum censuimus, ac peculiari Decreto Nostrae Sacrorum Rituum Congregationis, quod inter Missarum solemnias in Nostris Patriarchalibus Basilis Lateranensi, Vaticana ac Libreriana die VIII Decembris elapsi anni MDCCCLXX Immaculatae Conceptiones ipsius Sponsae sacro publicari jussimus, eundem Beatum Patriarcham Josephum Ecclesiae Catholicae Patronum solemniter declaravimus, Illiusque festum die decimanona Martii occurrens, deinceps sub ritu duplici primae classis, attamen sine octava, ratione quadragessimae, in orbe universo celebrari mandavimus. Et quoniam aequum reputamus, post Nostram declarationem Sancti Patriarchae in Catholicae Ecclesiae Patronum, ipsi in publico ecclesiastico cultu omnes et singulas honoris praerogativas tribuendas esse, quae juxta generale Breviarium et Missalis Romani rubricas Sanctis Patronis praecipue competunt, ideo Nos ex consultu Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris tuendis ritibus praepositorum renovantes, confirmantes, atque etiam ampliantes Nostris Literis praefatam dispositionem illius Decreti, mandamus insuper ac injungimus quae sequuntur. Volumus scilicet quod tam in festo Natali Sancti Josephi, quam in alio Ipsius Patrocini, etiamsi occur-

rant extra Dominicum diem, addatur semper in Missa Symbolum seu *Credo*. Volumus insuper quod in oratione *A cunctis*, quaecumque recitanda erit, adjiciatur semper post invocationem Beatae Mariae Virginis, et ante quoscumque alios sanctos Patronos, exceptis Angelis, et Sancto Joanne Baptista, commemoratio S. Josephi per haec verba: *Cum beato Joseph*. Volumus denique ut hoc ipso ordine servato, inter suffragia sanctorum, quaecumque illa a rubricis praescribuntur, apponatur sequens commemoratio in honorem ejusdem Sancti Josephi: *Ad Vesperas Antiphona*. "Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. —v. Gloria et divitiae in domo ejus. —r. Et justitia ejus manet in saeculum saeculi. *Ad Laudes Antiphona*. Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta ut putabatur, filius Joseph. v. Os justii meditabitur sapientiam. r. Et lingua ejus loquetur judicium. *Oratio*." Deus, qui inefabili providentia Beatum, Joseph Sanctissimae Genitricis tuae sponsum eligere dignatus es, praesta quaesumus, ut quem protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in caelis." Haec volumus, mandamus, decernentes has litteras Nostras firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Vo-

lumus autem ut praesentium transumptis Litterarum, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitatae vel ostensae.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die VII Julii MDCCCLXXI, Pontificatus Nostri Anno Vigesimo sexto. Loco † Signi.—
F. Profili Substitutus Pro D. N. Card. Paracciani Clarelli.

SECCION II.—Disposiciones particulares de la Diocesis.

CARTA PASTORAL DEL ILLMO. SR. OBISPO DE GUADALAJARA, SOBRE EL JUBILEO CIRCULAR FORANEO.

(Continúa.)

Todos los sacramentos son santos, todos fueron instituidos por el Hijo de Dios y producen la gracia ó el aumento de ella en quien dignamente los recibe; pero en el de la Eucaristía se nos dá la fuente misma de la gracia y de toda santidad. Aquel Dios que haciéndose hombre se nos dió por compañero, que muriendo en la cruz nos redimió con el precio infinito de su sangre y de su vida, que reinando en el cielo se nos ofrece por premio, él mismo es el que se nos dá en la Eucaristía por alimento para que no desfallezcamos. En el altar santo bajo las especies de pan y vino nos descubre la fé al Rey inmortal de los siglos, al Verbo eterno por quien fueron hechos los cielos y la tierra, al Unigénito del Padre celestial á quien adoran los angeles, anonadado por amor de sus creaturas, ofreciéndose en sacrificio por los mismos que no cesamos de ofenderle, y que abrasándose en llamas de perpetua caridad, hace resonar en nuestros oídos aquellas palabras de consuelo—*Venid á mí todos los que estais fatigados y agoviados, y yo os aliviaré.* (1)—¿Y quién al escucharlas no se levantará é irá á un Dios tan piadoso y tan benigno?

(1) Math. 11, 28.